

## **Regina Caeli / Coeli (Królowo Niebios)**

**Regina Caeli, laetare, alleluia,  
Quia quem meruisti portare, alleluia,  
Resurrexit, sicut dixit, alleluia,  
Ora pro nobis Deum, alleluia.**

**P. Gaude et laetare Virgo Maria, alleluia,  
W. Quia surrexit Dominus vere, alleluia.**

**Oremus,**

Deus, qui per resurrectionem Filii Tui Domini nostri Iesu Christi mundum laetificare dignatus es: praesta, quaesumus, ut, per eius Genitricem Virginem Mariam, perpetuae capiamus gaudia vitae. Per eundem Christum Dominum nostrum.

**W. Amen.**